

Liber

et filius simul ambo unum verbum: quia non sicut ambo
unum filium. Sicut enim filius ad patrem refertur: non ad
seipsum dicitur: ita et verbum ad eum cuius verbum est re-
fertur cum dicitur verbum. Eo quippe filius quo verbum
et eo verbum quo filius. Quia igitur pater et filius
simul non utriusque unum filium: prout est: ut pater et filius
simul non ambo unum verbum. Et propterea non
eo verbum quo sapientia: quia verbum non ad se di-
citur: sed tamen relative ad eum cuius verbum est: sicut filius
ad patrem. Sapientia vero eo quo essentia. Et
ideo quia una essentia: una sapientia. Quia ve-
ro et verbum sapientia est: sed non eo verbum quod sapi-
entia. Verbum enim relative: sapientia essenti-
aliter intelligitur: id dicitur accipimus cum dicitur ver-
bum: ac si dicitur nata sapientia: ut sit et filius et
imago. Et hec duo cum dicuntur: id est nata sapien-
tia in uno eorum eo quod nata est et verbum et ima-
go et filius intelligatur: et in his omnibus nominibus non
ostendatur essentia: quia relative dicuntur. Et in
altero quod est sapientia: quoniam et ad se dicitur: seipsum enim
sapientia est: etiam essentia demonstrat: et hoc ei-
esse quod sapere. Quia pater et filius simul una sapien-
tia: quia una essentia: et sigillatim sapientia de
sapientia: sicut essentia de essentia. Quapropter
non quia pater non est filius: et filius non est pater:
aut ille ingenuus: ille autem genitus: ideo non
una essentia: quia his nominibus relativa eorum
ostenduntur. Uterque autem simul una sapientia
et una essentia: ubi hoc est esse quod sapere: non autem si-
mul uterque verbum aut filius: quia non hoc est esse quod
verbum: aut filium esse: sicut iam satis ostendimus
ista relative dici.

De sapientia a deo genita vel creata.

Et ergo in scripturis **Ca. III.**
nunquam fere de sapientia quicquam dicitur:
nisi ut ostendatur a deo genita vel
creata: genita scilicet per quam facta sunt omnia: cre-
ata vero vel facta: sicut in hominibus: cum ad eas
que non creata et facta: sed genita est convertitur
et illustratur. In ipsis enim fit aliquid quod voce-
tur eorum sapientia: vel illud scripturis pronun-
ciatur aut narratur quod verbum caro factum
est et habitavit in nobis: hoc modo enim Christus factus
sapientia est: quia factus est homo. In pro-
pterea non loquitur in illis libris sapientia: vel
de illa dicitur aliquid: nisi quod ea de deo nata
ostendatur: aut facta: quod quis sit et pater ipse sapien-
tia: quia illa nobis sapientia commendanda
erat et imitanda: cuius imitatione formamur.
Pater enim eam dicit ut verbum eius sit: non quod
modo profertur ex ore verbum sonans: aut a se pronun-
tiationem cogitat. Spiritus enim temporis hoc complectitur:
illud autem eternum est: et illuminando dicit nobis de se
Mat. II. et de patre: quod dicitur est hominibus. **Job. I.** ait: Nemo

nouit filium nisi pater: et nemo nouit patrem: nisi
filius: et cui voluerit filius reuelare: quia per filium re-
uelat pater: id est per verbum suum. Si ei hoc verbum
quod nos profertur temporale et transitorium: et seipsum
ostendit: et illud quod loquimur quod magis verbum dei:
per quod facta sunt omnia: quod ita ostendit patrem sicut est
pater: quia et ipsum ita est: et hoc est quod pater secundum
quod sapientia est et essentia: nam secundum quod verbum non
hoc est quod pater: quia verbum non est pater: et verbum re-
latiue dicitur sicut filius quod utriusque non pater. Et ideo
Christus virtus et sapientia dei: quia de patre virtute et
sapientia: etiam ipse virtus et sapientia est sicut lumen
dei de patre lumine: et fons vite apud deum pa-
trem: utriusque fontem vite. Quia apud te inquit per
pheta: est fons vite: et in lumine tuo videbimus
lumen: quia sicut pater habet vitam in semetipso sic
dedit filio habere vitam in semetipso: et erat lu-
men verum quod illuminat omnem hominem venturum
in hunc mundum: et lumen hoc verbum erat apud
deum: sed et deus erat verbum. Deus autem lumen
est: et tenebre in eo non sunt velle: lumen vero
non corporale sed spiritale. Neque ita spiritale
ut illuminatione factum sit: quemadmodum
dicitur apostolis. Vos estis lumen mundi:
sed lumen quod illuminat omnem hominem
ea ipsa et summa sapientia deus: unde nunc agi-
mus. Sapientia vero filius de sapientia patris:
sicut lumen de lumine: et deus de deo: ut et sin-
gulus pater lumen: et singulus filius lumen: et
singulus pater deus: et singulus filius deus: er-
go et singulus pater sapientia: et singulus filius sa-
pientia. Et sicut utriusque simul unum lumen: et unum
deus: sic utriusque una sapientia. Sed filius factus est
nobis sapientia a deo: et iusticia et sanctificatio: quia tem-
poraliter nos ad illum convertimur: id est ex a-
liquo tempore: ut cum illo maneamus in eter-
num. Et ipse ex quodam tempore verbum caro
factus est: et habitavit in nobis. Propterea igitur
cum pronuntiatur in scripturis aut narratur
aliquid de sapientia siue dicitur ipsa: siue cum de
illa dicitur: filius nobis potissimum insinuat.
Suius imaginis exemplo et nos non discedamus
a deo: quia et nos imago dei sumus. Non
quidem equalis: facta quippe a patre per filium
non nata de patre sicut illa. Et nos quia illu-
minamur lumine: illa vero quia lumen illumi-
nans: et ideo illa sine exemplo nobis exemplum
est. Neque enim imitatur precedentem aliquem
ad patrem a quo nunquam est omnino separabilis:
quia id ipsum est quod ille de quo est. Nos
autem nitentes imitamur manentem: et se-
quimur stantem. Et in ipso ambulantes tem-
dimus ad ipsum: quia factus est nobis via
temporalis per humilitatem: que mansio

nobis eterna est p̄ diuinitatē. **Q**uā d̄ppe spiri-
 ritibus m̄dis intellectualib⁹ q̄ supbia non
 lapsi sunt: in forma dei: et deo equalis et deus
 p̄bet exemplū: vt se idem exēpluz redeundi
 etiā lapsō p̄beret hominī: q̄ p̄pter imundici-
 am pctōz penāq; mortalitatis deuz videre
 nō poterat: semetip̄m exinaniuit: nō mutan-
 do diuinitatem suā: s̄ n̄am mutabilitatē as-
 sumendo: et formā serui accipiens: venit ad
 nos in hunc mundū: qui in hoc mundo erat
 quia mundus p̄ eū factus ē: vt exempluz sur-
 sum videntib⁹ deū: exemplū deorsum mirā-
 tibus hoīem. **E**xemplū sanis ad p̄manendū
 exemplū infirmis ad cōualescendū. **E**xēplū
 morituris ad nō timendū: exemplū mortuis
 ad resurgendū eēt: in oibus ip̄e p̄matum te-
 nens. **Q**uia em̄ hō ad beatitudinē sequi nō
 debebat nisi deū: et sentire nō poterat deum
 sequendo deū hoīem factū sequere simul:
 et quē sentire poterat et quem sequi deberet.
Roma. 5 **A**mem⁹ ḡ eū et inhereamus illi: caritate dis-
 fusa in cordibus n̄ris p̄ sp̄m̄sc̄m̄ q̄ dat⁹ est no-
 bis. **N**ō igit̄ mirū si p̄pter exemplū qd̄ nob̄
 vt reformaremur ad imaginē dei p̄bet ima-
 go equalis p̄ri: cū de sapiētia scriptura loq̄t̄
 d̄ filio loquit̄ quē sequimur viuēdo sapiēter
 q̄uis et pater sit sapientia sicut lumē et deus:
Sp̄s q̄ sanctus siue sūma charitas vtrūq;
 cōiungens nosq; subiūgens. **N**ō ideo nō in-
 digne dicit̄ quia sc̄ptū est: **D**eus charitas ē:
 quō nō est etiā sapiētia: cū sit lumen: qm̄ de⁹
 lumen ē: siue ergo h̄ modo siue alio modo ef-
 sentia sp̄s sancti sigillatim ac p̄prie nominā-
 da ē qm̄ de⁹ ē: vtrūq; lumē est: **E**t qm̄ lumē est:
 vtrūq; sapiētia est. **D**eū aut̄ esse sp̄m̄sc̄m̄: scri-
 ptura clamat apud ap̄lm̄ qui dicit̄: **N**escitis
 quia tēplū dei est: statimq; subiicit̄: **E**t sp̄s
 dei habitat in vob̄. **D**e⁹ em̄ habitat in tem-
 plo suo. **N**ō em̄ tanq; minister habitat sp̄s
 dei in templo dei: cū alio loco euidentius di-
 cat̄: **N**escitis qz corpa v̄sa tēplū in vob̄ est
 sp̄s sancti quē habet⁹ a deo: et nō estis vestri
 empti em̄ estis p̄cio magno: glorificate et por-
 tate deū in corpe vestro. **Q**uid est aut̄ sapiē-
 tia nisi lumen spiritale et incōmutabile? **E**st
 em̄ et sol iste lumē s̄ corpale ē: et spiritualis crea-
 tura lumen: s̄ nō incōmutabile. **L**umē ḡ pat̄
 lumen fili⁹: lumen sp̄s sc̄s. **S**imul aut̄ non
 tria lumina: s̄ vnū lumen. **E**t ideo sapientia
 pater: sapiētia filius: sapiētia sp̄s sc̄s. et si-
 mul nō tres sapiētie: s̄ vna sapientia: et quia
 h̄ est ibi esse qd̄ s̄ape: vna essentia pater et fili-
 us et sp̄s sanctus. **N**ec aliud ē ibi esse q̄ deū
 esse. **U**n⁹ ḡ de⁹: pater et fili⁹ et sp̄s sanctus.

Quid vel a grecis vel a latinis necesse fu-
 erit dici de ineffabili trinitate. **Ma. III**

Et loquēdi causa de ineffabilib⁹
 vt fari aliquo modo possum⁹ qd̄ ef-
 fari nullo modo possum⁹: dicitur est
 a n̄ris grecis vna essentia: tres substātie: a la-
 tinis aut̄ vna essentia vel substātia: tres per-
 sone: quia sicut iā diximus: nō aliter in finē
 n̄ro: id est latino eētia q̄ suba solet intelligi
Et dū intelligat saltē in enigmate qd̄ dicit̄:
 placuit ita dici vt diceret̄ aliqd̄ cū quereret̄
 qd̄ tria sint: que tria esse fides vera p̄nunci-
 at: cū et patrē nō dicit̄ eē filiū: et sp̄m̄sc̄m̄ quod
 est donū dei nec patrē dicit̄ esse nec filiū. **Q**uā
 ḡ querit̄ qd̄ tria: vel qd̄ tres: cōferimus nos
 ad inueniendū aliqd̄ speciale vel generale
 nomē quo cōplectamur hec tria: neq; occur-
 rit animo qz excedit sup̄eminētia diuinitat̄
 v̄sitati eloquij facultatē. **V**erū em̄ cogitatur
 deus q̄ dicit̄: et veri⁹ est q̄ cogitat̄. **N**ū em̄ di-
 cimus: nō eundē esse iacob q̄ est abraā: isaac
 aut̄ nec abraā esse nec iacob: tres eē vtrūq; fa-
 temur abraā isaac et iacob. **S**ed cū querit̄ quid
 tres: r̄ndemus tres hoīes: noīe speciali. eos
 pluraliter appellantes: generali aut̄ si dica-
 mus tria animalia: hō em̄ sicut veteres diffi-
 nierūt: aīal ē r̄onale: mortale. **S**icut sicut scri-
 ptura n̄re loq̄ solēt: tres aīas cū a p̄te melio-
 re totū appellari placet: id ē ab aīa: cū corp⁹
 et aīa sit totus homo. **G**ra quippe dictū est in
 egyptū descendisse cū iacob aīas sepruagin-
 taq; p̄ tot hoibus. **I**tē cū dicim⁹ equum
 tuū nō eū eē q̄ me⁹ ē: et tertiū alicui⁹ alteri⁹:
 nec meū eē nec tuū: fatemur tres esse. **E**t in
 terroganti qd̄ tres: r̄ndem⁹ tres equos no-
 mine speciali: generali aut̄ tria aīalia. **I**tem
 cū dicimus bouē nō esse equū: canē v̄o nec
 bouē esse nec equū: tria quedā dicim⁹: et per-
 cunctatibus qd̄ tria: nō iā speciali noīe dici-
 mus tres equos: aut tres boues: aut tres ca-
 nes: quia nō eadē specie cōtinent̄: s̄ genera-
 li tria aīalia: siue sup̄iore genere tres subas:
 vel tres creaturas: vel tres naturas. **Q**ue-
 cūq; aut̄ plura n̄ numero enūcian̄: specialit̄
 vno noīe etiā generaliter enūciari possunt.
Nō aut̄ oīa que generaliter vno noīe appel-
 lan̄ etiā specialiter appellare vno noīe pos-
 sumus. **N**am tres equos qd̄ est nomen spe-
 ciale: etiā aīalia tria dicim⁹. **E**quū vero et bo-
 uem: et canem: animalia tria t̄m̄ dicimus vel
 substāntias que sunt generalia noīa: et si qd̄
 aliud de his generaliter dici pōt. **T**res vero
 equos: aut boues: aut canes: que specialia
 vocabula sunt: nō ea possum⁹ dicere. **E**t qd̄